(24)·6

et in medio die nox erat te
nebrosa nimis in illis horis
et morte morietur tribus die
bus somno suscepto. Et
tunc ab inferis regressus
ad lucem veniet primus re
surrectionis principio revocatis
ostenso. Ista lactantius car
ptim per intervalla disputa
tionis sue sicut ea poscere
videbantur que probare
intenderat adhibuit testi
monia sibillina. Que nos
nichil interponentes sed
in unam seriem conexa po
nentes solis capitibus si tamen
deinceps ea scriptores serva
re non neglegant ea distin
guenda curavimus. Nonnul
li sane erithream sibillam
non romuli sed belli troia
ni tempore fuisse scripserunt.

Eodem ro Cap. xxiiii.
mulo regnante tales
milesius fuisse perhibetur v
nus e septem sapientibus qui
post theologos poetas in qui
bus maxime orpheus omnium
nobilitatus est sophi appel
lati sunt quod est latine sapi
entes per idem tempus x. tribus
que in divisione populi
vocate sunt israel debella
te a chaldeis et in eas ter
ras captive ducte sunt re
manentibus in iudea terra
duabus illis tribubus que
nomine iude vocabantur se
demque regni habebant
ihrlm. Mortuum romulum
cum et ipse non comparuisset
in deos quod et vulgo notis
simum est retulere romani.
Quod usque adeo fieri iam
desierat nec postea nisi ad
ulando non errando factum
temporibus cesarum ut cicero
magnis romuli laudibus
tribuat quod non rudibus
et indoctis temporibus quando
facile homines fallebantur
sed iam expolitis et erudi
tis meruerit hos honores
quamvis nondum efferbuerat
ac pullulaverat philosophorum
subtilis et acuta loquaci
tas. Sed etiam si posterio
ra tempora deos homines mor
tuos non instituerunt tamen
ab antiquis institutos co
lere ut deos habere non de
stiterunt. Quin etiam simula
cris que veteres non habe
bant auxerunt vane atque
impie superstitionis illecebram
id efficientibus corde inmundis in
eorum demonibus et fallacia
quoque oraculorum decipientibus
ut fabulosa etiam crimina
deorum que iam urbaniore se
culo non fingebantur per
ludos tamen in eorundem
falsorum numinum obsequium
turpiter agerentur.

Regnavit deinde nu
ma post romulum qui cum
illam civitatem putaverit
deorum profecto falsorum nu
merositate muniendam me
eandem turbam referri mor